

De motibus carnis.

carne vel in mente sepe et clare detegere cōfessori. Et
tociens exprimere/quotiens renouantur.

¶ De motibus carnis

Cap. xix.

Sciendum est q̄ motus in carne qui non puenit
ser cogitatione impudica absq̄ voluntate et si
ne causa scz vsus vel auditus sine aliqua cā extrin-
seca inhonesta sine dubio prouenit ex nimia repletio-
ne prius facta in cibo et potu. Quidam tamen pu-
tant q̄ proueniat ex nimia vigilia quod p̄t esse maxi-
me quando cōstat eis q̄ non prouenit ex aliqua cā p̄-
dicta. Et ideo oportet hominem esse par cū in dicta
quo ad qualitatem ⁊ q̄ntitatē quādo de talibus mole-
statur contra voluntatē et displicentiā suam. Nam iter
corpus oritur causa quia secundum hyeronimum.

Venter et genitalia prima sūt ⁊ hoc intelligo quan-
do non a causa exteriori. Et tunc oportet cauere ipsū
ab aspectibus et pollutione et ab approximatione p-
sonarum in quarū presentia sentit se sensualiter dele-
ctari. Alioquin ille qui videtur motus naturalis fie-
ret viciōs⁹ et q̄uis sit securum confiteri tales motus
precedentes sine causa viciōsa quorum intemperan-
tia videtur causa dum tamen per ipsos non turbetur
amor et desiderium puritatis in corde corporalis ca-
stitas non maculatur Si vero procedunt a causa vi-
tiosa confitende sunt cause locus et temp⁹ et mora cō-
tra in eis ⁊ vices motuum sicut supra de circumstan-
tiis peccatorū dictū ē. Nō em̄ sufficit generaliter dice-
re culpam de motibus sed debes dicere sic Dū essem
in ecclesia vel in oratione vel dum audirem missam

De periculo familiaritatis duarum.

predicationē cogitavi talem actum turpem. aut habui memoriā alicuius persone in cuius aspectu iam habui vanā complacentiā aut inordinatum amorem aut asperi in ecclesia talē personā cū p̄placētia impudica cuius causa habui motus carnis impudicos totiens ⁊ per tantā moram. Et si dixisti illi persone tibi gratiose aliqua verba p̄ luxuria fecisti aliquod seruitium malitiose. vt scilicet haberes cōplacentiā libidinosa ⁊ motus carnales per maiorem moram totum confiteri debes. maxime si verba non dixisses aut seruitium non fecisses sic prolire nisi de istius presentia delectationem habuisses.

¶ De periculo familiaritatis duarum. Ca. xx.

Quoniam multi videntur negligere vt agnoscant affectiones suas vitiosas et per cōsequēs non curant confiteri cum tñ diligenter sint perscrutā de et cum suis vicijs orientibus ex ipsis exprimende ideo pretermittere non itendo. q̄ multi nimis afficiūtur ad seip̄os q̄dā ad aliquas p̄sonas q̄dā ad honores. q̄dā ad diuitias tēporales Et q̄ hec sūt sicut murus inter deū et animam ideo nullus hoīm habēs aliquid de predicis potest in via dei p̄ficere nec habere purā orationem. Et maxime qñ est carnalis affectio ad personam. et de hac intendo modo loqui Nam talis affectio multos spirituales sub specie amicitie spiritualis a statu orationis impedit ⁊ impediuit. hec est inquietudo mentis pestifera orationem mentis et oris inficiens et dispergens et affectus contrarios orationi mente generat et exercet.

¶ Nam sicut
c i.